

## Traditiones Wizenburgenses (Ed. Glöckner) Nr. 252=223

Venerabile in Christo patri Ratfrido abbati, Ermenbertus nec non et Octo germani filii Gundwino quondam. Cogitantes pro remedium anime nostre vel pro eterna retributione conplacuit nobis animus, ut facultaticulas nostras ad monasterio Wizenburgo condonare deberemus quod ita et fecimus. Ergo donamus a die presente per hunc taestamentum ad suprascripto monasterio Wizenburgo in onore sanctorum apostolorum Petri et Pauli edificato in pago Spirinse in Wosago supra fluvio Lutra constructo, ubi tu presente tempore abba preesse videtur, hoc est in pago Salinense in Saruinse vel in Mosalinse donamus in villa Audowino supra fluvio Cernuni una cum basilicas in ipsa villa constructas in honore sancti Martini et sancti Elari vel reliquium sanctorum edificatas, quas successores nostri quondam, construxerunt, hoc est mansis domibus edificatiis mancipiis vel acolabus ibidem conmannentibus campis pratis vineis movilibus et inmovilibus silvis aquis aquarumque decursibus vel apenditiis earum, mel quicquid ad ipsi villa vel ad ipsas basilicas aspicere videtur ad integrum. Similiter Bobunivilare ad Serra. Similiter ad Iohanevilare super fluvio Zernuni de anbas ripas. Similiter ad Alta Petra, in Imminnivilare, ad Bisariga, in Mannisi, in villa Gundwino super fluvio Biberaha communia dieentia, quicquid ad ipsa vuilare pertinet, ad Cassus, in villa Launarigo, in Munduni, seu portione illa in Iohanneuvillare quem nobis de auunculi nostri Cuhnchirino legibus obvinit ad integrum. Hec nomina sperscripta cum mansis domibus edifitiis mancipiis acbus desuper conmanentibus campis pratis pascuis silvis aquis aquarumue decursibus a die presente ad suprascripto monasterio Wizenburgo per hunc testamentum tradimus adque transfundimus ad posidendum, ita ut abac die habendi tenendi vendendi conmutandi, vel quicquid exinde pars ipsius monasterii elegerunt faciendi, firmissimam in omnibus habeant postestatem. Et si quis vero, quod fieri non credimus quod nos ipsi aut aliquis ex heredimus vel proeredibus nostris vel quislibet oposita persona qui contra hunc testamentum venire conuenverit et inrumpere voluerit, inferat ad partem ipsms monasterio sotiante fisco auri libras quinque, argenti pondus duodecim coactus exsoluat, et oc quod repetit evindicare non valeat. Ut hec presens testamentum omnique tempore firma et inviolata permuneat, stipulatione subnixa. Actum in Wizerburgo pudbliche sub die kalendas madus anno quinto no regnante domino nostro Childiberti regis. Ego Embertus hunc testamentum a me factum relegi et subscrips, Testes: Otuni germono ipsius, qui hunc testamentum fieri rogavit. signum Wolfigunde generitrici eum. Uuolfo filio Boderido quondam. Charatuino. Bonifatio. Theoduni. Carrigo. + Chuntilino. Folcoaldo. Buozelino. Betuni. Iustino. Gibwulacho. Ego Constantino prespiter scripsi et subscripsi. Tragibodi. Weroaldo. Ebruinus. Adalgarius prespiter. Wacario adulicente. Ego Chroacus emanuensis hanc testamentum rogatus scripsi et subscripsi, audenticum relegimus, exemplaria conscripsimus vel et subscripsimus.